

**6087** | suble|gito cooptato nisi tunc cum minus tribus pon|tificib. ex iis, qui c. G.<sup>36</sup> sunt, erunt. Neve quis quem | in conlegium augurum sublegito cooptato ni|si tum cum minus tribus auguribus ex eis, qui | colon. G. I.<sup>27</sup> sunt, erunt.

LXVII[*I*]<sup>37</sup>.  $\bar{\text{I}}$ vir praef.ve<sup>38</sup> comitia pontific. augurumq., quos h. l. | habere<sup>39</sup> oportebit, ita<sup>40</sup> habeto prodi[c]ito<sup>41</sup>, ita uti |  $\bar{\text{I}}$ vir. creare facere sufficere h. l. o.<sup>42</sup>

LXIX.  $\bar{\text{I}}$ vir qui post colon. deduc[t]am primi erunt, ei in suo mag.<sup>43</sup>, et quicumq.  $\bar{\text{I}}$ vir. in colon. Iul. erunt, ii in | diebus LX proxumis, quibus eum mag. gerere coe|perint, ad decuriones referunto, cum non minus | XX aderunt, uti redemptori redemptoribusque, | qui ea redempta habebunt quae ad sacra resq. | divinas opus erunt, pecunia ex lege locationis | adtribuatur solvaturq. Neve quisquam rem ali|am at decuriones referunto neve quot decuri|onum decret. faciunto antequam eis redemp|toribus pecunia ex lege locationis adtribuatur | solvaturve d. d.<sup>44</sup>, dum ne minus XXX<sup>45</sup> atsint, cum | e. r.<sup>46</sup> consulatur. Quot ita decreverint, ei  $\bar{\text{I}}$ vir. || redemptori redemptoribus attribuendum | solvendumque curato, dum ne ex ea pecunia | solvant adtribuunt, quam pecuniam ex h. l. | [*ad e*]a sacra, quae in colon. aliove quo loco pu|blice fiant, dari adtribui oportebit.

[*L*]XX.  $\bar{\text{I}}$ vir qui cu[m]que erunt ei<sup>47</sup> praeter eos, qui primi | post h. l. [*fa*]cti erunt, ei in suo mag.<sup>48</sup> munus lu|dosve scaenicos Iovi Iunoni Minervae deis | deabusq. quadriduom m. p.<sup>49</sup> diei, quot eius fieri oportebit<sup>50</sup>, arbitrato decurionum faciun|to inque eis ludis eoque munere unusquis|que eorum de sua pecunia ne minus HS  $\infty$  | consumito et ex pecunia publica in sing. |  $\bar{\text{I}}$ vir. d. t.<sup>51</sup> HS  $\infty$  sumere consumere liceto, it|que eis s. f. s.<sup>2</sup> facere liceto, dum ne quis ex ea | pecun. sumat neve adtributionem faciat, | quam pecuniam h. l. ad ea sacra, quae in co|lou. aliove quo loco publicae (*sic*) fient, dari | adtribui oportebit.

LXXI. Aediles quicumq. erunt in suo mag. munus lu|dos scaenicos Iovi Iunoni Minervae tri|duom maiore parte diei, quot eius fieri pote|rit, et unum diem in circo aut in foro Veneri | faciunto, inque eis ludis eoque munere unus|quisque eorum de sua pecunia ne minus HS  $\infty$  | consumito deve publico in sing. aedil. HS  $\infty$  | sumere liceto, eamq. pecuniam  $\bar{\text{I}}$ vir praef.<sup>52</sup> | dandam adtribuendam curanto itque iis | s. f. s. c. liceto<sup>26</sup>.

36) *Coloniae Genetivae*. — 37) *LXVII aes*. — 38) *Praefectusve*. — 39) *Scr. facere (Momms.)*. — 40) *Dele ita (Momms.)*. — 41) *prodigito in aere legit Huebn.* — 42) *Hac lege oportebit*. — 43) *Magistratu*. — 44) *Decurionum decreto*. — 45) *Mediam X deletam esse in aere primum crediderant, negat Huebner*. — 46) *Ea res*. — 47) *Dele ei*. — 48) *Magistratu*. — 49) *Maiore parte (cf. cap. LXXI)*. — 50) *Scr. poterit (cf. cap. LXXI)*. — 51) *Dumtaxat*. — 52) *Praefectusve*.